



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

Privilegium XXVII. Tempore interdicti Generalis in Monasteriis possunt  
privatim celebrari Missæ & divina Officia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

ponamus tale feudum, quod per ingressum Vasalli est acquiritum Monasterio, iterum ingratitude Prelati non nocet, quia proprius Vasallus scilicet Religiosus ex cuius persona Monasterium retinet feudum (juxta dicta priv. 9.) non est ingratus. Demum si feudum fuisset datum Ecclesie principaliter intuitu pietatis, sicut olim principes seculares fundarunt Episcopatus & Abbatis, non crederem perdi propter ingratitude Prelati, eod quod collatio feudi censetur principaliter facta in Deum, qui nunquam ingratus est, ut superius de donatione facta Ecclesie dictum.

## PRIVILEGIUM XXVII.

Tempore interdicti Generalis in Monasterijs possunt privatim celebrari Missæ & divina Officia.

1. Hoc Privilegium etiam alijs Ecclesijs conceditur.
2. Tempore interdicti possunt pulsari campana ad concionem & Angelicam Salutationem.
3. Abbates possunt benedicere & consecrare paramenta Ecclesiastica.
4. Clericis & Religiosis conceditur sepultura Ecclesiastica.
5. Interdicto Clero non censentur interdicti Religiosi.
6. Eucharistia potest ministrari Religiosis etiam extra articulum mortis.
7. In 5. anni festivitibus suspenditur interdictum.

Idem Privilegium alijs quoque Ecclesijs communc est; ut interdicti tempore in ijs possint divina officia celebrari singulis diebus, inquit Pontifex, in c. alma mater de sent. excom. in 6. in Ecclesijs & Monasterijs Missa celebrentur, & alia divina Officia dicantur, sicut prius submissa tamen voce & januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. Quod de pulsu campanarum dicitur, de illo intelligitur, quo populus ad divina convocati solent, non autem quo ad concionem vel ad Angelicam Salutationem.

Possunt quoque Abbates tempore interdicti localis benedicere ornamenta Missalis, consecrare calices & campanas &c. dummodo publice non faciant, sed januis clausis ut præmissum. Cum hæc non sint Sacramenta, sed tactum est.

dinata ad Sacramentalia, ut tradit Tambur, de Iure Abb. tom. 2. disp. 16. q. 5. in fin.

Item tempore interdicti, licet alijs denegetur Ecclesiastica sepultura, Clericis tamen & Religiosis, qui interdictum servarunt, ea conceditur, quod in te, it. de Penit. & remiss. Tamb. d. l. q. 7. n. 2.

Potest si Clericus alicujus Civitatis interdictus sit, hoc interdictum ex communi sententia ad Religiosos non extenditur, quia Religiosi veniunt nomine Clerici in favorabilibus, sed non in odiosis, ut cum multis cc. docet Tambur. d. q. 5. n. 5.

Cætera de interdicto qualiter nimirum eo tempore omnia Sacramenta præter Baptismum, Confirmationem & Penitentiam, ac etiam Sacramentum Eucharistie solum tamen in articulo mortis (exceptis Religiosis quibus per Privilegia Pontificum indultum dicitur, ut etiam extra articulum mortis communicare possint, Tamb. d. l. q. 6. n. 3. & Layman, ubi infra) prohibeantur. Item quod in 4. anni festivitibus scilicet Nativitate Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. V. (quibus etiam Martinus V. addidit Festum Corp. Christi) suspendatur interdictum, & divina Officia publice celebrare liceat, videantur apud Paulum Layman, in Theol. mor. lib. 1. tit. 5. p. 4. c. 2, & alios passim de censuris scribentes.

## PRIVILEGIUM XXVIII.

Per Monasterio est actio popularis.

1. Quamvis dicatur actio popularis.
2. Valet judicium actum cum procuratore Ecclesiæ non habente Mandatum.

Dicitur actio popularis, quæ cuilibet de populo competit, cum tamen alijs nemo recte agat, nisi sua interite, vel ab alio procurator ad litem constitutus sit. Igitur pro Monasterio quilibet ad agendum admittitur, ut v. g. legata exsolvantur, ut ei reddatur quod debetur, prout in simili favore pupillorum introductum est, ut quis de populo eorum tutores suspectos accusare possit, s. 3. Insti. de subst. Tutor. l. milli. s. ult. G. de Ep. & Cler.

Ex quo uteritis etiam istud consequitur, quod sententia lata in favorem Ecclesie cum Procuratoris illegitimè constituto valeat, Barba.